



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

§. XXIX. Die Schwedische Ratification wird mit der Kayserlichen collationiret: Servient erbietet sich den Spanischen Frieden auf das Schwedische Arbitrium auszustellen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53029)

1648.
Dec.

coque contentam Pacis Conventionem, de verbo ad verbum accuratè perceptam, diligenter examinatam, consideratam, & perpenfam, pro Nobis ac Successoribus Nostri, totoque Imperio, virtute horum, in omnibus & singulis suis articulis, paragraphis, punctis & clausulis, omni meliori modo ita approbamus, ratihabemus & confirmamus, ac si de litera ad literam expressè hic inserta essent; sincera fide spondentes & promittentes, pro Nobis, Nostrique Successoribus, totoque Imperio, nos omnes & singulos ejus articulos, & quicquid tota illa Pacis Conventione continetur, h) firmiter, constanter, & inviolabiliter servaturos, atque executioni mandaturos, nullaque ratione, Cessiones, & Re-vel per Nos, vel per alios, ullo unquam tempore contraventiones, tam in traventuros, aut, ut per alios contraveniatur, passu- Instrumento dictæ ros, quomodocunque id fieri possit, omni dolo & fraudibus, de exclusis. In cujus rei testimonium majusque robur, præsentem Ratihabitionem Nostram Sigillo Civitatis Nostræ muniri fecimus. Datum Norimbergæ, die prima Decembris, Anni, a Christo nato, Millefimi, Sexcentefimi, Quadragesimi Octavi.

1648.
Dec.

§. XXIX.

Die Schwedi-
sche Ratifica-
tion wird mit
der Kayserli-
chen collatio-
nirt.

Gleich folgenden Tags, den 13. Dec. brachten die Schwedischen Gesandten ein Exemplar, von der auß Schweden, vorgedachter massen erhaltenen Ratification, zu denen Kayserlichen Gesandten, und collationirten solches mit dem Exemplar der Kayserlichen Ratification, welches sie auch allerdings einstimmig befanden.

Servient er-
bietet sich, den
Spanischen
Frieden auf
das Schwedi-
sche Arbi-
trium auszu-
stellen.

Unter wâhrenden diesem Actu überschickte Servient denen Schweden ein verschlossenes Schreiben, allhier sub N. I. worinn, nechst kurzer Anführung des Verlauffs derer bißhero geführten Französischen und Spanischen Friedens-Handlungen, sich derselbe dahin anerböthe, wofern Spanien, über die noch strittigen Punkten, die Arbitrage entweder von Ihro Königlich Majest. in Schweden allein, oder mit Zuziehung dero Gesandten, oder auch eßlicher Reichs-Râthe und Ministrorum, oder auch von beyden hiesigen Schwedischen Plenipotentiaris, annehmen wolte; So sey man Französischen theils erbiethig, solchem ohne einigen Anstand statt zu geben; wodurch Graff Oxenstirn, welcher sonst nach Osnabrück wieder gehen wolte, bewogen wurde, zu Münster zu verbleiben, und die Kayserlichen Gesandten nahmen über sich, dem Spanischen Legato Bruin zuzusprechen und dahin zu arbeiten, damit

auch diese beyde Cronen versöhnet und unter der Christenheit dem Blutergießen ein Ende gemacht werden möchte.

Die Kayserliche Gesandten redeten auch mit Bruin von der Sache, und überbrachten nachgehends den 17. Dec. desselben Resolution, an die Schweden, dieses Inhalts: daßer zu den Tractaten zwar nicht abgeneigt wäre, aber doch stündlich einen Courier mit mehrer Instruction erwartete; auch zusörderst wissen müste, ob das offerirte Arbitrium, privative auf die Cron Schweden allein, oder Cumulative mit den Staaten in Niederland, und ratione materiae, ob solches auf die Niederländische und Catalonische Sachen besonders, oder mit Einmischung der Portugiesischen und Portugiesischen Handel, (worüber er seines theils nichts tractiren köunte,) angesehen sey? Erstern falls müste er erst von Madrid eine Resolution erwarten: letztern Falls aber, nemlich wann die Staaten auch Hand mit anlegen sollten, köunte er in der Handlung fortzuschreiten.

Zur Erläuterung dieser Sache dienet, diejenige Relation gelesen zu werden, welche kurz vorher, der Spanische Gesandte Bruin distribuirte hatte:

1648.
Dec.

N. I.

1648.
Dec.*Communicat. d. 27. Nov. Monasterii
1648.**Relatio quid & quousque Hispani & Galli in Tractatu Pacis
egerint.*

Initio hujus pacificæ negotiationis Domini Legati Gallici, dum primam suam Propositionem ederent, petierunt, ne Hispani ob petitionum forsan excessum, ab ulteriore negotiatione deterrerentur, ipsos enim subinde mitiores fore & de primo vigore multum remissuros. Qua spe freti Hispani (qui alioquin parati erant recedere) in cursu ejusdem negotiationis perseverarunt: sed tantum adest, ut Galli petitiones minuerint, quin potius continuè amplificarint, ut ex illis sequentibus hujus fidelis & sinceræ Relationis ac compendiarie narrationis articulis apparebit. Missis iis omnibus, quæ ante adventum Legatorum federati Belgii præcesserant; nec non multis aliis, quæ per eosdem Legatos Batavicos fuerant ventilata, ut propius, quæ sunt magis essentialia & ad hodiernum ejusdem negotiationis statum spectantia aggrediamur, sciendum, prædictos Legatos Batavos die 16. mensis Sept. anni 1646. dum Princeps Condæus Mardicum in Belgio obsidione cingeret, ad Legatos Hispanos venisse & constanter ipsis asseruisse, quod ultimam Legatorum Gallicorum resolutionem in omnibus obtinuisent, cui si Hispani penitus assentiri vellent, intra 24. horas Pacem Hispano-Gallicam omninò factum iri, citatissimis equis Cursores statim ab utraque parte mittendos, ut omnis ulterior hostilitas in Belgio prohiberetur, adeò ut Princeps Condæus, ab ipsamet obsidione Mardici esset recessurus, & sic sancte Legatos Gallicos præcipue Ducem Longovilleum promississe, itaque eos hortari, quantum possent, Hispanos, ut hac die vellent toti orbi Christiano adeo necessariam tranquillitatem elargiri.

Hæc ultima Gallorum declaratio & Resolutio his Capitibus constabat:

1) Quod Rex Hispaniæ cederet omnia Regi Galliarum, quæ in Belgio & Burgundia armis occupata tenebat.

2) Totum Comitatum Rossillionensem,

3) Ut uterque Regum restitueret in Italia quæcumque occupassent, Ducibus Sabaudia & Mantua.

4) Ut induciæ ad spatium 30. annorum admitterentur in Caralonia, omnibus ibi in eo statu relictis per hujusmodi Induciarum tempus, quæ tempore ratihabitionum reperirentur.

5) Ut nulla mentio fieret Lusitaniæ (quod Batavi non sine maxima difficultate obtinuisse asseverabant, & ob hanc concessionem intentabant, cætera omnia in favorem Galliarum assequi.)

6) Quoad Ducem Lotharingiæ, cæteris omnibus conventis, Gallos se declaraturos, reservata facultate etiam Hispanis, sese in hoc puncto ultimo explicandi, sed interim nulla injecta exclusionis pro ipso Duce apparentia nec prohibitionis ab Hispanis ipsi suppetias dandi.

Reservato isto ultimo articulo, circa res Lotharingicas, Hispani post alios
§ § § § quot

1648. Dec. quot horarum spatium huic Gallicæ declarationi & ultimæ resolutioni in aliis omnibus consenserunt, quamvis essent conditiones durissimæ & nullo hætenus exemplo cujuscunque Pacis initæ, inter Principes Christianos, confirmatæ. Multis laudibus & plausibus Batavi hoc favorabile responsum exceperunt & extulerunt, minime dubitantes, in promissis suis Gallos præstiteros, qui quidem eodem die omnes se Osnabrugam contulerunt & idcirco Batavi se itineri accinxerunt, ut eos ibidem adirent, ne quid temporis in tanti momenti negotio perderetur.

1648.
Dec.

Reduces iterum eandem Gallorum mentem Hispanis confirmarunt, & quod die sequenti in eum finem Galli Monasterium essent redituri suisque Instructionibus, quæ Monasterii remanserant, denuo perlectis, eandem suam resolutionem scriptis ad majorem securitatem & cautelam tradituri. Post reditum Gallorum, qui fuit quidem intra promissum tempus, prædictæ resolutionis formam ac tenorem scripto exhibuerunt ipsis Batavis, sine facultate tamen Hispanis extradendi, ut prædicti Batavi asseruerunt.

Hoc scripto, præter superius allegata, petebatur Civitas & portus Rosès, tanquam esset in Comitatu Rosillonensi; responderunt Hispani, sitam esse in Catalonia illam urbem & ideo eandem Induciarum conditionem subire debere; cui tamen novitati Hispani eo modo assenserunt, ut Batavorum arbitrio relinqueretur de eadem Civitate disponendi, modo nihil aliud ad pacem obtinendam amplius desideraretur. Die sequenti dixerunt Galli, cum Civitate Rosès sese subintellexisse omnes ejus dependentias, quas inter comprehendebant civitatem & portum Cadaques, totamque maris oram à prædicto loco Rosès usque ad Comitatum Rosillonensem. Responderunt Hispani, nullatenus Cadaques dependere à Rosès, sed esse portum & Civitatem æque præcipuam & importantem, nullatenus etiam ad Comitatum Rosillonensem pertinentem; sed cum nihilo fecius ab enormitate hujus prætensionis Galli nullatenus dimoveri possent, & aliunde spes injiceretur proximæ Pacis ineundæ, interim Hispani Batavorum arbitrio hujus quæstionis decisionem permiserunt, eaque conditione, ne videlicet quid amplius pro pace assequenda superesset.

His peractis, cum ad ultimam periodum suarum prætensionum Gallos pervenisse jure meritoque putaretur, ecce, porrigunt Memoriale multarum aliarum petitionum, quas eo nomine excusabant, quod ad Galliam non immediate pertinerent, sed ad ejus Confederatos & amicos.

Posteriores istæ prætensiones continentur hic in folio adjuncto Gallicæ conscripto, quæ, quamvis debuissent ipso initio procul amandari, tum ob manifestam in præmissis contraventionem, tum ob earundem novarum prætensionum exorbitantiam & immanitatem, denuo tamen per Hispanos Batavorum arbitrio seu compositioni amicabili relicta fuerunt.

Batavi, ut rectius rem ad optatum finem promoverent, suam sententiam in margine ejusdem folii, quo hujusmodi petitiones continebantur & e regione cujuscunque articuli apposuerunt (ut videre est etiam in eodem folio gallicæ conscripto) rum utrique partium porrexerunt. Accepta hujusmodi sententia seu declaratione, statim Hispani ipsi in omnibus & per omnia subscripserunt; Galli verò in omnibus & per omnia contradixerunt. Quo facto, cum rem per Batavorum interpositionem Galli non ea omnia assequerentur, quæ retardandæ paci conducere posse existimabant, magnum & amplum Pacis Instrumentum exhibuerunt, quo præter omnia prædicta, multa adhuc alia includebantur, præcipue circa commercia & ea quidem in

1648. in præcedentibus Hispaniam inter & Galliam Pacis tractatibus incognita, nec non circa restitutionem perduellium Subditorum Regis Hispaniæ, qui ante inchoatum inter eosdem Hispaniæ & Galliæ Reges ultimum bellum deliquerant & quorum bona fisco addicta fuerant.

Dec.

1648.
Dec.

Huic Gallico Pacis Instrumento Hispani distincte responderunt, dum Galli replicarunt & rursus Hispani duplicarunt, tandemque post multas agitationes, ope & opera Dominorum Mediatorum prædictorum utrinque in 48. articulos Instrumentum conventum & per utriusque Legationis Secretarios subscriptum est.

Ab eo tempore, cum ad reliquum negociationis opus perficiendum Hispani sese accingerent, venerunt ad eos Domini Mediatores, iisque tam oretenus quam scripto a Gallis tradito significarunt, eosdem Gallos nolle amplius tractationem prosequi, nisi rebus Lotharingicis prius Hispani renuntiarent & pollicerentur, se nullas Duci Lotharingiæ quocunque tempore loco & prætextu suppetias daturos.

Huic declarationi oretenus etiam & scripto Hispani responderunt, se nulla ratione unquam Ducem Lotharingiæ relicturos nec absque illius inclusione & satisfactione Pacem conclusuros, imo nec ulterius in ea absque decisione Lotharingicæ Satisfactionis progressuros; quandoquidem Galli sic filium negociationis, in prædicti Ducis præjudicium, abrumpere satagebant & cum aliunde notorium esset, secretis transactionibus cum eo Gallos incumbere, quibus plenariam ipsi suorum statuum restitutionem offerebant, ea conditione, ut omnes suas vires cum Gallicis contra Regem Hispaniæ conjungeret, unde apparebat, quam alienos a Pace animos gererent, in cuius beneficium omnia Lotharingo concederent.

Post huiusmodi declarationem, ex parte Gallorum factam & responsum ab Hispanis datum, hæsit cursus negociationis ad aliquod tempus, & donec Legati Batavi Monasterium Haga-Comitis rediissent; tunc enim indicantes Legatis Gallicis, nolle se amplius cunctari, quin suos Tractatus cum Hispanis absolvent, adeoque summopere urgere, ut etiam Galli ultimam suis manum imponere vellent, tunc ceperunt ipsi serio magis agere & tandem curarunt per prædictos Batavos proponi sequentia in punctis nondum decisæ temperamenta: nempe ut Princeps Eduardus Brigantinus, qui habetur in custodia Mediolani, facta pace, sub ipsius Juramento liberaretur, quo se ipse obligaret, non repetendi Lusitaniam, nec fratrem suum, Lusitanosque quocunque modo juvandi.

Quod relinqueretur Hispanorum electioni, ut admitterent artic. tertium Instrumenti circa Adfidentias ab utroque Rege suis Confederatis præstandas, unde & simpliciter absque ulla interpretatione separata, vel casu, quo admitterent interpretationem separatam dicti Art. tertii, circa Lusitaniam, expressa, in ea adfidentia Gallicæ ad solam defensionem redigerentur.

Ut articulus concernens admissionem præsidii Gallici in urbe, arce & Castello Casallii, remitteretur arbitrio Legatorum Batavorum, ad determinationem temporis intra annos majoritatis Regis Galliarum vel Ducis Mantuani, cum potestate tres annos ulterius addendi, si ita ipsis videretur.

Ut difficultas circa fortificationes inchoatas in Catalonia terminaretur,

Se-

1648. Dec. Secundum conventiones Hispano-Batavas circa eandem materiam tractatu induciarum anni 1609. 1648. Dec.

Quod dependentiæ locorum occupatorum a Gallis tam in Belgio quam in Burgundia & Catalonia, remittendæ essent prædictorum Legatorum Batavorum iudicio, nempe ut decernerent circa unius cuiusque loci occupati dependentiam seu loca adjacentiæ, quæ necessario sequi deberent naturam Principalis.

Ut Duci Lotharingiæ restitueretur tota Lotharingia, hoc est, omnes suæ antiquæ ditiones, excepto Ducatu Barrensi & iis bonis, quæ in Episcopatibus Metensi, Tullensi & Virodonensi sita erant, quæ quidem bona in iis Episcopatibus sita, cum prædicto Ducatu Barrensi Gallia retineret.

Denique quod fortificationes urbis Nanceanæ destruerentur eo tempore, quo Ducatus Lotharingiæ fieret restitutio. Hispani noluerunt admittere istum ultimum Articulum & responderunt, nullam reservationem nec restrictionem in suis Instructionibus contineri, quoad restitutionem Lotharingiæ, multisque rationibus extenderunt talis petitionis injustitiam, qua videlicet omnis securitas prædicto Duci suisque posteris etiam pro vita & libertate conservanda adimeretur, ac quod ex omni parte imminentibus Gallorum præfidiis locis, & viribus esset circumdatus, pateretque continuo eorum insidiis & ictibus, & quicquid Batavi multoties minati fuerint, se suos Tractatus cum Hispanis abrupturos, nisi in ejusmodi demolitionem consentirent, nunquam tamen in id adduci potuerunt, & ostenderunt, se potius paratos ad omnia acta suæ negociationis cum Batavis cancellanda & laceranda.

Quod cum viderent Batavi tandem ea ipsa die, qua Tractatus Hispano-Batavicus conclusus fuit & utrinque subscriptus 30. nempe Januarii, anni præsentis 1648. una vel altera hora, antequam subscriptiones & Sigilla apponerentur, prædicti Legati Batavi à prædictis Hispanis extorserunt scriptum Gallico sermone contextum & hic adjunctum, quo sese obligarent, intra spatium duorum mensum, superius relatis conditionibus standi, dum utraque partium ad Regem suum supra hoc solo puncto destruendarum fortificationum Nanceanarum rescriberet, ut aliquod, si fieri posset, temperamentum inveniretur. Elapsis his duobus Mensibus, Batavi cum ex parte superiorum suorum ratihabitiones edere vellent, tentarunt negocium inter duas coronas reastumere & utriusque Legatos enixe rogarunt & invitarunt, ad opus adeo provectum ad ultimam perfectionem & consummationem perducendi.

Tunc Hispani petierunt, antequam sese explicarent in puncto Fortificationum Nanceanarum, ut Legatus Gallicus, qui tantum unus super erat Dominus de Servient, significaret, utrum iisdem conditionibus 30. Jan. quæ mox explicatæ fuerunt, stare vellet, nec ne? Respondit Legatus Gallicus ab eo tempore Dn. de la Thullerie, Legatum Galliæ apud Ordines federati Belgii melius Hagæ Comitum mentem Christianissimi Regis in puncto Lotharingiæ explicasse. Quæ quidem explicatio hæc fuit, non comprehendendi in Ducatu Lotharingiæ istas tres civitates, Marsal, Steney, Jamets & semper fuisse intelligendum. Deinde visus est in dubium revocare non nulla ex aliis quoque punctis superius allatis, quasi non eo modo, quo Hispani a Batavis recensita fuerant, per Gallos concedita fuissent.

Iis auditis, Batavi ad solennem Ratihabitionum extraditionem ac Juramenti super Tractatu Hispano-Batavico præstationem ejusque publicationem processerunt.

Po.

1648.
Dec.

Postea tamen utriusque Coronæ Legatos rursus tam voce quam scripto ad Tractatum perfectionem incitarunt & sollicitarunt, imo & expresse Osnabrugas, ubi sese contulerat Legatus Gallicus, profecti sunt & 18. Junii ejusdem anni præsentis 1648. ultimum Hispanorum scriptum ad reassumptionem prædicti Tractatus porrexerunt, cui ipse respondendo iterum, quæ acta fuerant, in dubium revocavit, imò abnegavit & sic spem omnem ulterius negociationis abscedit, unde Legatis Batavicis occasionem præbuit, hunc Conventum deserendi & in patriam suam redeundi.

Post discessum Batavorum iterum ivit Osnabrugas Dn. de Servient, ubi mansit circiter duos menses, & cum rediisset, a Dominis Mediatoribus monitus & provocatus dedit scriptum circa partem unam articuli Dependentiarum, quod hic annectitur: cui scripto Gallice concepto Legatus Hispanicus alio scripto latine exarato (quod hic etiam adjungitur) respondit, & ab eo tempore Legatus Gallicus nihil replicavit.

Hæc est rerum actarum series præcipua, omittuntur enim multa specifica circa oblationem, verbi gratia, arbitrii Reginae Galliae per Regem Hispaniæ præsentatam, circa admissionem Propositionis induciarum generalium ad aliquot annos per Legatum Venetum factæ, imo & propositionem earundem induciarum a Legatis Hispanicis factam ineunte vere hujus anni, & Legato Batavo, Domino de Meinewic, qui solus hic erat, insinuatam, rejectam verò ex parte Galliae cum aliis prædictis: Ex quibus omnibus ejus a pace abalienatio, & vicissim Regis Hispaniæ ad eandem pacem propensio luculentissime propalantur.

§. XXX.

Consultation
einer Stän-
de, die Com-
mutation der
Ratificatio-
nen und die
Execution
des Friedens
betreffend.

Wegen des, am Freytag, den 15. Decembr. lt. v. eingefallenen Weyhachts-Festes nach dem Neuen Stylo, (welches dervmahln auch von den Evangelischen Gesandten zu Nimster mit gefeyeret, und der öffentliche Gottes-Dienst in des Grafens Drensterna Quartier, des Vor- und Nachmittags, gehalten wurde) gieng zwar publice nichts vor; Jedoch wurde des folgenden Tags, Sonnabends den 16. Decembr. in dem Chur-Maynzhischen Quartier, von den Chur-Bayerischen, Sachsen-Altenburgischen, Weymarischen und Braunschweig-Zellischen, eine Conferenz, auf Veranlassung der Altenburgischen, gehalten, wobey der von Thumshirn folgende Proposition that: „Nachdem man den Frieden auf dem Papier habe, so müsse man auch dahin bedacht seyn, damit dasjenige, was geschlossen, zu seinem Effect und zur Wirklichkeit gelange. Die Kayserliche, Königlich-Schwedische und Französische Ratificationes wären, wie wissend, eingelangt, und werde zupörderst dahin zu trachten, und zu laboriren seyn, damit derselben
Sechster Theil.

„Commutation! ehester Tagen erfolge. „Kayserlicher seite wurde es keinen Mangel haben: so habe sich auch Graf Servient erklärt, wann er die Königlich Ratification erlangte, begehrte er sie keine Stunde zurück zu halten. Die Königlich-Schwedischen aber hätten dreierley angeführet, dem vorher abgeholfen seyn müste. Erstlich, daß sich die Generalität wegen Abdankung der Bblicher, und Abtretung der Plätze verglichen. Nun hätten aber die Kayserlichen Gesandten Schreiben von dem Duca d'Amals, daß sie in allen Punkten, ausser zweem, richtig wären, wegen der Quartier, 1) in der Unter-Pfalz, und 2) in Westphälischen Crayß: Darinn sie aber nunmehr auch wohl eing. Zum andern so wären die Gelder noch nicht beisammen, zu Bezahlung der Schwedischen Soldatesque. Derothalben hielte man dafür, daß sich etliche, und etwa einer aus jedem Crayß, zusammen setzen, und sehen sollten, von welchen Ständen die 1200000. Rthlr. also bald aufgebracht werden könnten, damit der Anfang mit der Abdankung gemacht,
A a a a

1648.
Dec.